



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi
Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres**

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiæ, 1627

XIX. An B. V. Mariæ Animatio fuerit Immaculata, an Sanctificata?

urn:nbn:de:hbz:466:1-35233

nantes alterutram sententiam hæreticos. Sic & Concil. Trid. sess. 5. Et Pius V. in Constit. edita defuper. Conc. Basiliense quidem definit Immaculatam conceptionem: Sed Papa id non approbavit.

I. Dico AD Scripturas, 1. Resteas docere Christum solum or. peccati experte; ut qui nec in se, nec in Adamo peccauit: vtpote conceptus solus ex Sp. Sancto, absque virili semine. Deipara vero caruit pec. orig. ex privilegio gratiae; non vi generationis humanæ.

AD II. Deipara peccauit in Adam, & mortua fuit in eodem; fuitque natura filia iræ: Sed gratia semper filia misericordiaæ.

AD III. Ut mortua in aliquo fuit Deipara, sc. ex vi generationis; ita & in eodem Christus pro ipsa vivificanda mortuus est. Tribus autem temporibus obnoxia morti fuit:

1. Dum in lumbis Adæ, maiorumque suorum fuit.

2. In utero matris concepta primum materialiter ex parte.

3. In primo instanti Animationis, ubi ordine naturæ prius est subiectum, quam accidentia: prius persona, quam peccatum, aut iustitia inhærens.

II. Dico AD S. Patres. 1. Gratia opus ei fuit ad præseruationem à pec. or. & actuali.

AD II. III. IV. patet ex dictis.

AD V. Sanctus Bernardus docet, quæ sunt contra Kemnitium.

1. Beatam Mariam antea fuisse sanctam, quam natam.

2. Fuisse omnis pec. actualis extem.

3. Suam pro Sanctificatione sententiam submittit Rom. Ecclesiarum.

4. Conceptam dicit in pec. or. subaudi, Conceptione priore seminali, non altera Animationis.

5. Sanctificata; subaudi in infuso, ne animæ; non post eam. Sic & S. Anselmus est intelligendus.

III. Dico AD Rationes; Ex dictis liquet responsio.

AD IV. Redempta fuit Anima præseruata; non Caro. ideo haec rumnosa permanxit. &c.

IV. Dico AD Mendacia Kemnitii. S. Bern. & S. Anselmus diu antelobardum id docuerunt.

AD II. Ex iisdem, vt ex S. Augustino liquet iam olim hanc vigilis questionem.

AD III. At Sanctificationis inde patet antiquitas altior.

AD IV. At S. Bern. epist. 174. sentit contra Immaculatam conceptionem.

AD V. Libertas opinandi alterum relicta est eò, quod neutrum S. Scripturæ repugnat.

QVÆSTIO XIX.

An B. Maria Animatio fuerit Immaculata, an Sanctificata?

LUTHERANT, vt quæst. precedente liquet, nullo discernunt Marianam conceptionem ab omnium nostra. Apage profanum vulgus.

AVTOR. Quæstio hæc Moralis est, & ingenii, & exercitii; non Fidei, inter Orthodoxos. Nihil adhuc definit Ecclesia: Festum Conceptionis insti-

instituens declarauit solum, magis vi-
deri pium conceptionem Immacu-
latam.

2. Afferens tamen alterutram sen-
tentiam esse falsam, peccat lethaliter;
estque excommunicatus, ut temera-
rius: *Extraug. Graue nimis. Innouauit*
hoc decretum Conc. Trid. & Bulla
Pij V.

3. Concionatoribus interdictum
est sub pœna excommunicationis co-
ram populo, ut incapable, de hoc dis-
putare pro suggestu, cū alterutrius re-
futatione: solum referre quid obiter
permisum fuit.

4. Nunc ea permisso ad Immacu-
latam Conceptionem solam est re-
stricta: Non obstante, quod Antiqui-
or ac prior priscorum Scholasticorum,
cum S. Patribus, sibi constiterit sen-
tentia, de Sanctificatione: & Recentior,
post Scotum, cœperit inualescere de
Immaculatione.

5. Vtraque dicitur Scripturis, S.
Patribus, Ecclesiae Consensu, & Ra-
tionibus: Prior insuper Antiquitate;
Sed solam intra Probabilitatem; ex-
tra Evidentiam.

6. Vtrimeque præcisè solum quæri-
tur de primo Animationis Marianæ
puncto; Fueritne Priuilegium, necne?

7. PRIVILEGIATIO nulla vtrinq;
agnoscitur seminalis, seu actualis; in
via & serie generationis inde ad A-
dam descendente, usque ad primum
Instans negotiū Animationis B. Ma-
riæ: Primum posituum autem infusi-
onis animæ in corpus sub dispositio-
nis Ultimum quod sic, censeretur æter-
no præservationis à pec. orig. id est,

Immaculationis; aut Sanctificationis,
priuilegio gaudere.

IMMACULATIO propriè dicitur
priuilegiata; non Sanctificatio: Doce-
turque istis.

1. Scripturis probabiliter, i. Adam,
i. Cor. 15. *Forma fuit futuri Christi: Sed*
ex terra nondum maledicta formatus
fuit; ergo & Christum decuit ex matre
Nunquam, an Non, maledicta forma-
ri. S. Andreæ Apostoli hæc vox fertur:
Sicut de terra immaculata factus fuerat ho-
mo primus; ita ne: esse erat, ut de Immacu-
lata (ex priuilegio, aut Sanctificatio-
ne) Virgine Christus nesceretur.

2. Eua fuit immaculatè formata: at
S. Patribꝫ est figura Mariæ: ergo & hæc
decebat immaculatā animā informa-
ri: An & debuit? Vnde patet debita
præleruatio?

3. Cant. 2. *Sicut lily inter spinas; sic*
Amica mea inter filias. Cant. 4. Tota pul-
trae Amica mea; & macula non est in te
&c. Hortus conclusus, fons signatus. Hæc
de Deipara; at sic, ut & de Ecclesia;
exponunt S. Patres. Et hæc canit; Ni-
gra sum; sed formosa.

II. SS. Patres. i. S. Ambr. *Virgo per*
gratiam ab omni integrali labore peccati: ori-
ginialis, an actualis? per Sanctifica-
tionem, an immaculata. S. Hier. Deduxit
eos in nube diei: Nubes ea non fuit in tene-
bris sed semper in luce, B. Maria. Semper,
est tempus, instans, non: ideo nec im-
plicant.

3. S. Aug. *De V. Maria, propter hono-*
rem Domini, nullam profusa; cum de pecca-
tis agitur; an actualibus: nam originale
est unicum: habere volo quæstionem;
Inde enim scimus, quod ei plus gratie colla-
tum fuerit, ad vincendum omnibus parte-

d 2 pecca-



peccatum; Vtrumque? Originale, vt euaderet; actuale, ne inuaderet? quæcōcipere, & parere meruit eum, quem constat Nullum habuisse peccatum. Nota differentiam: Christus, nullum habuit: Maria vincere potuit: Hoc verò gloriosum vtrique est; illud Necessarium; non hoc. Christus, ait idem l. 5. in Julianum, c. 9. Profecto peccatum manus fecisset; si parvulus habuisset; Sic & B. Maria, nisi Sanctificatione vici set: at Immaculatio nō habuit, quod vinceret: Nisi forte seminalem potentiam ad pec. orig.

4. S. Cyprianus forsitan: *vas electio-*
nis, Maria, *natura communicabat*, *non*
culpa: Nec Instantaneæ: an diutius in-
hærenti? *Naturæ uitiate?* an Priuile-
giata?

5. Sophronius. *Mariæ, ab omni conta-*
gione liberata. Quomodo per sanctifi-
cationem, an priuilegiationem?

6. S. Damasc. *Naturagratiam ante-*
uertere ausa non est. Liquida vox, distinc-
tionisque incapax asserit Immacula-
tionem.

7. Idiotus ait ante annos 800. *Ma-*
eula originalis non est in te: Post animatio-
nem: At in hac *Fusione* quæstio ma-
net.

8. S. Damianus: Altiore genere ait
sanctificationis Beatam Mariam fuisse
mundatam quam Ieremias & Bap-
tista. Mundatam, sanctificatam ait. Cetera
S. Patrum, de gratia post animatio-
nem viuis capi posse videntur.

III. Ecclesiæ Consensus in Imma-
culationem (vt piam ac probabilem)
est mirificus, inde ab Sixto IV. in Ex-
tratu. *Cum præcessa & Graue*.

2. Leo X. Ordinem Immaculatae
conceptionis confirmauit.
3. Conc. Basiliense Oecu. istuc
confensit; licet Papa nullus appro-
bavit.

4. Academiæ quædam iurant in
Immaculationem.

5. Festum Conceptionis dicitur
vulgò Immaculatae.

6. Conc. Trid. post traditam Co-
munem de pec. or. doctrinam, decla-
rat *Non fuisse mentem S. Synodi B. Virg-*
inem his decretis in ludendi.

IV. RATIO fauet. 1. Quia præsta-
uare exemptam Deus potuit: Cu-
tum est: Ergo & Voluit. At voluntas
vnde liquet? Decretum obstat Dei:
Concipiendo omnes in Orig. inno-
tia: si mandatum seruarit Adam: si
concipiendo in orig. peccato. At de-
cretum hoc voluntatis vniuersali
perstat in via generationis commu-
nis; nil tamen derogat extraordina-
riæ Bonitati Dei ac voluntati Particu-
lari; ita huic non admetit. At hæc par-
ticularis voluntas unde liquet: Cum
quod natum est ex carne, caro est?

Voluit autem Deus. 1. Qui a hono-
Matri est prolis.

2. Maxima Christi & Mariae con-
iunctio erat: at nulla Christi ac Be-
lial.

3. Quia sapientia non habebit in car-
pore subditu peccatis.

4. Deus voluit in cœlis euestam su-
pра omnes Angelos: ergo & in terris
priuilegiari, præ protoplastis cum iu-
stitia orig. creatis; sed lapis: præque
Angelis iustis, sed non lapsis. Relata-
tiones S. Brigitæ hue fauent pro-
batæ,

IV. DE

